ne quisquam ad servum officium
pertinere praecepta domini sui facere.
Alio loco servos utique obiurgat
dicens: Quid autem vocatis me do-
mine domine, et non facitis quae dico? Cum
ergo inquit domine iussa faciendo
P iiij quod dicatis ostendite.
Nonne servo obedienti dominus
dicturus est: Euge serve
bone, quia in pauca fuisti fidelis,
super multa te constituam, intra in gau-
dium domini tui. Potest ergo esse et ser-
P v vus et amicus, qui servus est bonus.
Quid autem sequitur attenda-
mus. Iam non dicam vos
servos, quia servus nescit quid
faciat dominus eius. Ita nomen constituit
amici ut auferat servi. Non ut in uno
utrumque maneat, sed ut alterum
P vi altero decedente succedat.
Quid est hoc? Ita ne cum prae-
cepta domini fecerimus servi
non erimus? Ita ut tunc servi non
erimus quando boni servi fuerimus?
Et quis potest contradicere veritati quae
ait: Iam non dicam vos servos.
Et cur hoc dixerit docet: quia
servus nescit quid faciat dominus eius.
P.10 Resp. ultimo. Thomas
unus de duodecim qui dicitur Di-
dimus non erat cum eis quando venit
Ihesus. Et reliqua.
[T]homas unus discipulus defuit; reversus
quod gestum est audivit, audita
credere renuit. Venit iterum dominus et
non credenti discipulo latus palpandum
praebuit, manus ostendit, et ostensa
suorum cicatrice vulnerum infidelitatis
P viij illius vulnus sanavit.
Quid fratres karissimi, quid inter haec
animadvertitis? Numquid
casu gestum credimus ut electus ille
discipulus tunc deesset, post autem ve-
niens audiret, audiens dubi-
taret, dubitans palparet, pal-
pans crederet? Non hoc casu sed
P ix divina dispensatione gestum est.
Egit namque miro modo superna
clementia ut discipulus dubi-
tans dum in magistro suo vulnera pal-
paret, in nobis vulnera sanaret
infidelitatis. Plus enim nobis in-
fidelitas Thomae ad fidem quam fides
discipulorum credentium profuit, quia
dum ille ad fidem palpando reducitur,
nostra mens omni dubitatione postposita
in fide solidatur. T lau[des]
V. Hoc est praeceptum. Evangelium alias. A. Quia vi-
disti me Thoma credidisti, beati qui non
viderunt et crediderunt, alleluia. Magnificat.
Sequitur suffragium. A. Nolite timere. A. Iura-
vit dominus. Evangelium alias. Ps. Dixit dominus. Evangelium al.
Oratio Thoma. thome mart[yris]
Item sequuntur. coll[ecta]
Infirmitatem nostram respice omnipotens
deus, et quia pondus propriae actionis
gravat, beati Thome martyris tui
intercessio gloriosa nos protegat. Per.

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Decanaal archief Oudenaarde, II. Charters, nr. 15, fol. [1]v – Breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-m07g/9002/67447)